



*Moderatore Christo!*  
DE  
COMPVTO DEI IN SALVANDIS  
ELECTIS,  
*Ad Roman. IX, 27. 28.*  
DISSERTATIO THEOLOGICA.

---

I.



Vandoquidem elogio illo, quo maectan-  
dam, inter omnia scripta Paulina, Epi-  
stolam ad Romanos scriptam, Patres ac  
Interpretes sinceri, uno ore profiten-  
tur, nulla ac ne minutissima quidem  
ejus portio excludi potest: Visum sane  
nobis est oraculum praesens eo pul-  
chrius atque excellentius, quo majo-  
ri ubique difficultate circumseptum, ac si non *αὐθιγίου*, sa-  
ne *δυσνοήτων* Apostolicorum non esse postremum, deprehen-  
ditur. Hinc enim haud difficulter evenire potuit, ut sub  
hac umbra, sub qua fideles requiescere summa cum fidei  
tranquillitate possunt, delitescere simul auderent, qui perpe-  
ram de electione ac praedestinatione divina sentiunt, eam-  
que absolutam aliquam fingunt, omnique, quo possunt, co-  
lore expoliunt ac ornant, & novo subinde habitu procedere

A

in